Quelle: https://manuscripta.at/?ID=833
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Ut adversus impetuz flatus spiritus suscitetur altissimi in tanto nomine con-
gregati vestri ut spe pulcherrima confidimus sinceri suspirant affectus
ut Jacula que ad ulcionem peccatricis carnis dei emisit indignacio pro
vocata offensa acerbitatis per reformacionem christiane religionis deposita
pio humani generis turbam miseracionis conspiciens intuitu per provocatam
clemenciam eripiat. In qua re quantum nobis incubuit humeris oppressis po-
pulo relevacionis sperate sinceris preventis corde adminiculum nostre et
predilecte filie inclite universitatis nostri studii Heydelbergensis nominibus
egregios magistros Nicolaum magni de Jawer Gherardum Brand sacre
theologie et Ottonem de lapide decretorum doctores viros pietate sciencia
et circumspeccione insignes legatos et oratores nostros ad cetum vestrum celeb-
errimum destinamus pleno eosdem vestris favoritatibus et benignitatibus
recomendantes affectu et rogantes ut pietatis et nostre contemplacionis
intuitu benigniter eos suscipientes caritative tractatis pertractetis ut eo
placidioribus promptioribusque animis in vinea domini pro optata salute
fidelium obsequia impensuri continuumque in laudem Jhesu christi et
salutare humani periclitantis generis remedium exinde futuri participes
nos constituat. Datum in Castro nostro heidelberg xxii die mensis Aprilis
Anno etc xxxv°. Ludowicus dei gracia Comes palatinus Reni Sacri
Romani Imperii Archidapifer et princeps elector in partibus Reni Suevie et fran-
conie Iuris et Bavarie dux

Alia

Ludowicus dei gracia Comes palatinus Reni sacri Romani Imperii Archida-
pifer et princeps elector in partibus Reni Suevie et franconie Iuris et Bavarie dux
Reverendissimo in christo patri et domino domino Juliano Cardinali sancti Angeli
apostolice sedis legato domino nostro precipuo Ac Reverendis patribus amicis nostris
preamandis et venerabilibus nobis sincere dilectis in sancta Synodo Basiliensi
congregatis Reverendissime in christo pater et domine precipue ac patres reverendi
amici preamandi et venerabiles sincere dilecti in sancta Basiliensi Synodo
congregati Juste discrecionis examine Justicie statera moderamine quoque
eque liberat tamen cuilibet quod suum est ex ordine tribuit dispensante
iusticie Sane discurrens fama pressus corum Adversarium Reverendi in
christo patris domini Rabani Archiepiscopi Treverensis apostolica dudum auctoritate
emissos Sacri Jussione concilii suspendendos referebat assensu eius
domini Rabani Archiepiscopi minime accedente hoc autem tempus insolitum et iuris
domini Rabani Archiepiscopi offensivum Nonnulli putabat decrete sacri Con-
cilii nunquam debere procedere nec fama hoc ipsum referente veritati
favere nisi adversa partis sentenciis et censuris ligata iusticie se